

facere illud plus vel fraudatum fontecho. // ¶ Et illa persona 32 B
 que fecerit colusionem cum eo cadat ad penam vigintiquinque
 libr. par. ¶ Item si in exitu(m) sui offitii aliquid defecerit
 de ratione fontechi quod esse debeat apud eum, id totum ea
 5 die vel sequenti dare et consignare novo fontechario eius suc-
 cessori,¹⁾ etiam sub pena dupli et periurii. ¶ Item conser-
 vare et tenere denarios fontechi nec alicui persone concedere,
 et in qualibet ratione quam fatiet habere debere totam pecu-
 niam paratam que restabit penes eum, et ipsam pecuniam
 10 presentare regimini in fine sui offitii infra dictum terminum
 facta omni ratione, et si non presentaverit, tunc intra octo
 dies subsequentes constringatur per dominium ad standum
 in turri palatii comunis, de quo aliquo modo exire non possit,
 donec plenarie non satisfecerit comuni, et nichilominus incon-
 15 tinenti intromittantur et vendantur de bonis ipsius usque ad
 dictam solutionem completam. ¶ Et [de] omni ratione quam
 fatiet sive in eius offitio sive in exitu ac de designatione quam
 fatiet fiant due scripture in concordancia in duobus quaternis,
 scilicet domini potestatis et ipsius fontecharii, quorum unus
 20 sit penes ipsum dominum potestatem et alter penes dictum
 fontecharium. ¶ Item aliquam pecuniam vel frumentum non
 dare extrahere convertere vel extrahi facere in aliquam aliam
 utilitatem preterquam in utilitatem fontechi, nisi processerit
 de voluntate trium parcium maioris consilii. ¶ Item non
 25 emere nec emi facere toto tempore sui offitii aliqua mercimonia
 causa revendendi, tam vinum quam aliam rem per se vel
 alium nomine ipsius ullo modo vel causa, etiam sub pena libr.
 vigintiquinque par. pro fontechario et vice aliqua contrafacta.
 ¶ Item recipere pro quolibet die quo iret in servitio comunis
 30 causa emendi frumentum duos gross. pro suo salario et ex-
 pensis de ore. ¶ Item facere quatuor meceros bonos et di-
 rectos, pro concedendo forensibus et aliis bladum vendere vo-
 lentibus, factos ad mensura[m] starii lapidei. ¶ Item (quod)
 quandocunque flet inposita frumenti per comune Tergesti
 35 alicui persone tempore sui offitii, // accipere bonam et ydoneam 33 A

¹⁾ Aggiunta sopra la riga.